DIVI

THOMAE AQVINATIS

ENARRATIONES,

QVAS

CATHENAM VERE' AVREAM DICVNT,

In Quatuor Euangelia ex vetustissimorum codicum collatione, quantum licuit emendatiores quam hactenus in lucem editæ.

Additus est Index rerum scitu dignarum.



BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

VENETIIS,
Apud Marcum Antonium Zalterium, & Michaelem Zanettum.
M D LXXXIIII.

Castrogiovanni

CATALOGVS DOCTORVM
IN HOC OPERE CITATORVM.

Dionyſius.
Origenes.
Ciprianus.
Athanaſius.
Chryſoſtomus.
G. Naziancenus.
G. Nicenus.
Baſilius.
Hylarius.
Haymo.
Hieronymus.
Ambroſius.
Auguſtinus.
Cirillus.
Didimus.
Epiphanius.
Theophilus.
Seuerianus.
Gregorius.
Leo Papa.
Græcus. N.
Titus. N.
Maximus.
Iſidorus.
Remigius.
Rabanus.
Alcuinus.
Beda. P.

Ex horum ore nectareo velut limpidiſſimo fonte clarum diuinæ ſapientiæ flumen per Verbum incarnatum reuelatæ, perpetuo meatu diſcurrit omnium ſecum trahens cæleſtium mercium theſaurum, vt neſcias cubi iotha deſit ſillaba: quin remotis doctorum vocabulis Thomam ſolum credas differentem.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

DIVI
THOM· AQVINATIS
CONTINVVM,
In librum Euangelij ſecundum Matthæum.

SANCTISSIMO ac Reuerendiſſimo patri domino Vrbano, diuina prouidentia, Papæ quarto, Frater Thomas, de Aquino ordinis fratrũ prædicatorum, cum deuota reuerentia pedum oſculat beatorũ. Fons ſapientiæ, unigenitum Dei uerbum præſidẽs in excelſis, ꝑ quod pater ſapiẽter fecerat, & ſuauiter diſpoſuerat uniuerſa, in fine tẽporum carnem ſumere uoluit, ut ſub tegumẽto naturæ corporeæ, ſplẽdorẽ eius humanus intuitus poſſet inſpicere, quẽ in celſitudine maieſtatis diuinę attingere non ualebat. Diffuderat ſiquidẽ radios ſuos, ſapientiæ uidelicet ſuæ, indicia ſup oĩa opera quæ creauit, quodam uerò ampliori priuilegio imaginẽ propriã hominũ animabus impreſſerat, quantũ diligẽtis expreſſerat, in cordibus ipſum amãtium, ſecũdũ ſui muneris largitatem. Sed quid eſt hoĩs aĩa in tã imminenſa creatura, ut diuinæ ſapientiæ ueſtigia poſſit comprehẽdere ad perfectionẽ? Quinimo et ſapiẽtiæ lux infuſa hoĩbus per peccati tenebras & occupationũ tẽporaliũ caligines fuerat obũbrata, & in tm̃ eſt quorundam cor inſipiẽs obſcuratũ, ut Dei gloriam in idola uana cõuerterent, & q̃ nõ cõueniũt facerẽt, in ſenſum reprobũ incidẽtes. Diuina uerò ſapiẽtia, quæ ad ſui fruitionẽ hominem fecerat, eũ ſui inexpertem eſſe nõ ſinens, totũ ſe in humanã naturã contulit, eã modo ſibi aſſumẽdo mirabili, ut errantẽ hominẽ, ad ſe totaliter reuocaret. Huius igit̃ ſapientiæ claritatẽ nube mortalitatis uelatã, primus Apoſtolorũ princeps fide cõſpicere meruit, & eã conſtanter abſq; errore & plenariè confiteri, dicens. Tu es Chriſtus filius Dei uiui. O beata cõfeſſio, quam non caro & ſanguis, ſed pater cœleſtis reuelat, hęc in terris fundat eccleſiã, aditũ ꝑbet in cœlũ, peccata meret̃ ſoluere, & cõtra eã portæ nõ prẽualẽt inferorũ. Huius igit̃ fidei ac confeſſionis, hæres legitime, ſanctiſſime Pater, pro ſtudio mẽs ueſtra inuigilat, ut tãtæ ſapiẽtiæ lux fideliũ corda ꝑfundat, & hæreticorũ cõfuter inſanias, q̃ portę inferorũ meritò deſignãtur. Sanè ſi ſecũdũ Platonis ſentẽtiam beata cenſetur re publica, cuius rectores operã ſapiẽtię dare contigerit, illi ſiquidẽ ſapiẽtiæ, quã imbecillitas intellectus humani erroribꝰ plerũq; cõmaculat. Quãtò magis ſub ueſtro regimine beatus cẽſeri pót populus Chriſtianus, ubi tanta diligẽtia excellẽtiſſimæ illi ſapientię curã impẽditis, quã Dei ſapiẽtia, carnalibus mẽbris induta, & uerbis docuit, & operibus demõſtrauit? Et huius ſiquidem diligẽtię ſtudio, ueſtræ ſanctitati complacuit mihi cõmittere Matthæi Euãgeliũ exponẽdũ; qđ iuxta ꝓpriam facultatem exequutus, ſollicitè ex diuerſis doctorũ libris ꝑdicti Euangelij expoſitionẽ cõtinuam cõpilaui, pauca quidẽ certorũ auctorũ uerbis, ut plurimum ex gloſis adiiciens, q̃ ut ab eorum dictis poſſent diſcerni, ſub gloſſę titulo ꝑnotaui. Sed & in ſanctorũ doctorũ dictis hoc adhibui ſtudium, ut ſingulorũ auctorũ nomina, necnõ in quibꝰ habeantur libris aſſumpta teſtimonia, deſcribantur; hoc excepto, ꝙ libros & expoſitionẽ ſupra loca, quæ exponebantur, nõ oportebat ſpecialiter deſignari. Puta ſicubi nomen inueniatur Hie. de lib. mentione nõ facta, datur intelligi, ꝙ hoc dicat ſuper Matthæũ, & in alijs ratio ſimilis obſeruetur, niſi in his, quæ de cõmentario Chryſoſtomi ſup. Matthæũ ſumũtur, oportuit inſcribi in titulo ſuper Mat. ut ꝑ hoc quæ ab alijs ſumũtur de ipſius homeliario diſtinguanť. In aſſumẽdis aũt ſanctorũ teſtimonijs plerunq; oportuit aliqua reſcindi

Ratio iuncti operis.

de medio ad prolixitatẽ uitandũ, necnon ad manifestiorẽ sensum, uel secũdũ congruẽtiã expositionis, literæ ordinẽ cõmutari. Interdũ ẽt sensum posui, uerba dimi

Quatuor agit ĩ his commẽ tariis. si, p̃cipuè in ho. Chrysostomi, pp hoc qđ est translatio uitiosa. Fuit ãt mea intentio in hoc opere, nõ sensum ꝓsequi literalẽ, uerũ mysticũ ponere, interdũ ẽt errores destruere, necnõ cõfirmare catholicã ueritatẽ. Quod quidẽ necessariũ fuisse uidetur: quia in Euangelio p̃cipuè forma fidei catholicæ traditur, & totius uitæ regula Christianæ. Opus igitur præsens prolixũ non uideatur alicui; fieri enim nõ potuit, ut hęc omnia sine diminutione prosequerer, cum tot sanctorum sentẽtias explicarem, omnimoda breuitate seruata. Suscipiat itaque uestra Sanctitas præsens opus, uestro discutiendum, corrigẽdumq; iudicio, uĩæ sollicitudinis, & obediẽtiæ meę fructũ, ut dum à uobis emanauit præceptũ, & uobis reseruetur finale iudiciũ, ad locum unde exeunt flumina reuertantur.

PROOEMIVM.

EVangelij pronunciator apertus Esaias Propheta, euangelicæ doctrinæ sublimitatem, nomen, & materiam breuiter comprehendens Euangelicum doctorem ex persona dñi alloquitur, dicens. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem, exalta, noli timere, dic ciuitatibus Iudæ: ecce Deus uester, ecce dñs Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dñabitur, ecce merces eius cum eo. Vt autem ab ipso Euangelij nõe sumamus exordium. Aug. contra Faustum. Euangelij nomen, latine interpretatur bonus nuncius, uel bona annuntiatio; quod quidem cùm aliquod bonum annuntiatur, semper dici põt. Tñ propriè hoc uocabulum obtinuit annuntiatio Saluatoris. Narratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum dñi Iesu Christi, proprie dicti sunt Euangelistæ. Chry. in ho. Quid enim his bonis nuncijs fiat æquale. Deus in terra, homo in cælo, amicitia Dei facta ad nostrã naturã, proluxum solutum p̃lium, diabolus cõfusus, mors soluta, paradisus apertus, & hæc omnia supra dignitatem nostram, & cum facilitate nobis data sunt, non quia laborauimus, sed quia dilecti fuimus a Deo. Aug. in lib. de uera reli. Cum enim omnibus modis medeatur animis Deus, pro temporũ opportunitatibus, q̃ mira sapientia eius ordinantur, nullo modo beneficentius consuluit genero humano q̃ cùm unicus filius consubstantialis patri, & coeternus, totum hominem suscipere dignatus est, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ita.n. demonstrauit q̃ excelsum locum habeat inter creaturas humana natura, in hoc quod hominibus in uero hõe apparuit. Aug. in ser. de na. Demum factus est Deus homo, ut homo fieret Deus. Hoc igitur bonum euangelizandum p̃nunciat Propheta, dicens, Ecce Deus uester. Beda in epist. ad Flauianũ. Exinanitio autem illa qua se inuisibilis, uisibilem p̃buit, & creator ac dñs omnium rerũ unus uoluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, nõ desertio potestatis. Glo. Ne ergo sic Deus adesse credatur, ut fieret aliqua diminutio potestatis, subiungit propheta. Ecce dñs in fortitudine ueniet. Aug. de doctr. Chri. Non per locorum spacia ueniendo, sed in carne mortali mortalib. apparendo. Beda. in ser: dom. de passione. De ineffabili autem Dei potentia factum est, ut dum Deus uerus est in carne passibili, conferatur homini gloria per contumeliam, incorruptio per supplicium, uita per mortem. Aug. de bapt. parulorum. Fuso enim sanguine sine culpa, õium culparum chirographa deleta sunt, quibus homines à diabolo antea tenebantur. Glossa. Quia ergo per uirtutem Christi patientis, homines à peccato liberati serui facti Dei. Sequitur. Et brachium eius dominabitur. Leo Papa in ser. de pass. Affuit autem nobis in Christo singulare p̃sidium, ut in natura passibili mortis cõditio nõ maneret, quã impassibilis essentia recepisset, & per id quod non poterat mori, posset id quod mortuum fuerat suscitari. Glo. Et sic per Christum nobis immortalis gloriæ aditus aperitur, unde sequitur: Ecce merces eius cum eo, de qua scilicet ipse dicit. Merces uestra copiosa est in cælis. Aug. cõtra Faustũ. Aeternæ enim uitæ ꝓmissio regnumque cælorum ad nouum pertinet testamentũ; tẽporalium uerò promissiones testamento ueteri continentur. Glo. Sic ergo quatuor nobis de Christo euãgelica doctrina tradit: diuinitatẽ assumentem, humanitatem assumptã, mortem p̃ quam à seruitute eripimur, resurrectionem per quã nobis aditus glorioſæ uitæ aperitur, &*

cap. 16.

Epist. 10.

Lib. 1. cap. 11.

Lib. 2. cap. 30.

ser. 18.

Quin & æterna lege signanter Moysi Abrahæ Lib. 4. cap. 2.

li. 2. c. 2. c. 40.

hom. 1

quod in aliquibus modicis dissonare vñr: maximum signum veritatis est. Si n. per oia consonarent: crederent inimici quod ex placito quodam humano conuenientes scripserint q̃ scripserunt.

Veritas Euangelij ostenditur.

In principalibus quidem q̃ pertinent ad informationẽ vitæ et prædicationem fidei nequaquã dissonant: nec in parvo. Si aũt in miraculis, hoc quidem hęc, ille verò illa dixit, hoc te non cõturbet; si. n. vnus omnia dixisset, superfluus esset numerus reliquorum; si omnes diuersa, nequaq̃ consonantiæ demonstratio appareret. Si autẽ aliquid de temporibus vel modis differenter annũciant, hoc nihil impedit eorum, q̃ dicta sunt, veritatem, vt infrà ostendetur. Aug. de con. euan. li. 1. c. 2. Quanuis autẽ singuli eorum suum quinq; narrandi ordinem tenuisse videantur, non tñ unusquisq; eorum velut alterius p̃cedentis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata p̃termisisse q̃ scripsisse alius inuenitur; sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam comparationem sui laboris adiunxit. Glo. Sublimitas autẽ li. 1. c. 1. in princ. euangelicæ doctrinæ consistit quidem primo in eius excellentissima auctoritate. Augus. de con. euan. Inter omnes. n. diuinas auctoritates, quæ sanctis literis continentur, Euangelium meritò excellit: cuius primi p̃dicatores Apostoli fuerunt, q dñm Iesum Saluatorem nostrum Christum etiam in carne p̃sentem viderunt, quorum quidam hoc est Matthæus & Ioan. etiã scripta de illo q̃ scribenda visa sunt, libris singulis ediderunt. Ac ne putaretẽ, quod attinet ad percipiẽdum ac prædicandum Euangelium interesse aliquid: vtrum illi annuncient q eũdem dominum hic in carne apparentẽ secuti sunt; an alij qui ex illis comparati fideliter; crediderunt; diuina prouidentia pcuratum est per Spiritum sanctũ, vt quibusdam etiã ex illis qui primos Apostolos sequebantur, non solum annunciandi, verumetiam scribendi. Euangeliũ tribueretur auctoritas. Glo. Et sic patet q sublimitas euangelicæ auctoritatis à Christo dependet. Hoc designatur in verbis ꝓphetæ p̃missis cum dicitur. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. i. excelsus. Christus est, de quo dicit Isaias dicit. Erit in nouissimis diebus p̃paratus mõs domus domini in vertice montium, idest super cões sanctos qui à monte Christo monentes dicunt; Ecce plenitudinem eius mysteriorum accepimus. Recte autem ad Matthæum ducitur. Supra montem excelsum ascẽde tu; qa sicut p̃dictum est, ipse in ꝓpria persona facta Christi vita, et eius doctrina annuntiauit. Aug. de cõ. euã.

Illud aut em discutiendum est, qđ solet nonnullos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, vt alijs de ipso scribentibus necesse sit credere. Sed nequaquam dicendum est, q ipse non scripserit, quandoquidem membra eius id operata sunt, qđ dictãte capite cognouerunt. Quicquid enim de suis factis et dictis nos legere voluit, hoc scribẽdum illis, tanquã suis manibus, imperauit. Gl. Secundo etiã habet euãgelica doctrina sublimitatem virtutis. Vnde Apostolus dicit, q Euangelium uirtus Dei est in salutẽ omni credẽti. Et hoc ostendit ꝓpheta in præmissis uerbis, cum dicit. Exalta in fortitudine uocẽ tuã. In quo etiam & modum euãgelicæ doctrinę designat in exaltatione uocis, per quam doctrinæ claritas dãt intelligit. Aug. ad Volusianũ. Modus. n. ipse quo sancta scriptura contexit, est omnibus accessibilis, paucissimis penetrabilis caq; aperte cõtinet, quasi amicus familiaris sine fuco ad cor loquit indoctorum atq; doctorum. Ea verò, quæ in mysterijs occultat, ne ipse eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardi sicula et inerudita, quasi pauper ad diuitẽ; sed diuinitatem omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed ẽt secreta exerceat ueritate, hoc tã in promptis q̃ in reconditis habens. Sed ne aperta fastidirent, eadem rursus operta desiderãtur, desiderata quodãmodo renouant, renouata suauiter intimant. His salubriter & praua corriguntur, & parua, nutriunt, & magna oblectantur ingenia. Glo. Sed qa uox exaltata longius audit: potuit in exaltatione vocis euangelicæ doctrinæ publicatio designari, quia non ad vnam tãtum gentem, sed ad vniuersas nationes prædicanda mandat. Prædicate, inquit dominus, Euangelium oi creaturæ. Greg. Potest enim omnis creaturæ nomine, natio gentiũ designari. Gl. Tertio ãt habet euangelica doctrina altitudinem libertatis. Aug. In veteri enim testamento propter temporaliũ bonorum promissionem, malorumque commi- nationem, seruos parit tẽporales Hierusalem. In nouo ãt, vbi fides in petra charitatem, qua lex posset impleri, non magis timore pœnæ quã dilectione iustitiæ liberos parit Hierusalẽ æterna. Glo. Vñ & hanc sublimitatẽ doctrinæ euangelicæ ꝓpheta designat, dicẽs. Exalta, noli timere. Restat ãt uidere quibus et qua de causa hoc Euangelium fuit scriptum. Hiero. Matthæus. n. Euangelium in Iudæa hebræo sermone edidit, ob eorum maximè causam, q in Hierusalẽ crediderãt ex Iudæis, cum enim primò prædicasset

lib. 1. cap. 17.

Rõ euã gelica Matthæi.

BIBLIOTECA DIGITAL

Attẽde quæstionem.

li. 1. c. 7.

Epist. 3. prope fi.

pdicasset euangelium in Iudæa, volens transire ad gentes, primus euangelium scripsit hebraicè qđ fratribus à quibus ibat, in memoria derelinqui. Sicut.n necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium prædicari; sic & contra hæreti cos scribi. Chry. Corpus autem suæ narrationis ordinauit Matthæus, primum ergo natiuitatẽ, deinde baptismum, tertiò tentationem, quartò doctrinam, quintò miracula, sextò passionem, septimò resurrectionem & ascensionem ipsius, nõ solum historiam de Christo exponere uolens per hoc, uerumetiã euangelicæ uitæ statum docere; qm̃ nihil est quod ex parentibus nascimur, nisi iterum per aquam & Spiritum renati fuerimus ex Deo. Post baptismum autem necesse est contra diabolum stare, post hoc, quasi omni superata tentatione factus idoneus ad docendum; siquidem sacerdos est, doceat, & doctrinam suam bonæ uitæ quasi miraculis factis, commendet; si laicus est, operibus doceat fidem. Deinde necesse est exire nos de hoc stadio mundi, & tunc restat, ut tentationum victoriam resurrectionis merces sequatur & gloria Glo. Patet igitur ex præmissis euangelicæ doctrinæ materia, scriptorum euangelij numerus, figuræ differentia, & ordo, euangelicæ doctrinæ sublimitas, & quibus hoc euangelium sit conscriptum, processus ipsius & ordo.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham.

Quia faciẽ hoĩs Matthęus significat, quasi de hoie exorsus est scribere, dicẽs. Liber generationis. Rab. Quo exordio satis ostendit generationẽ Christi scđm carnem susceptisse narrãdã. Chry. Iudæis n. Euangelium scripsit, quibus superfluum erat exponere diuinitatis naturã, quã cognoscebãt; necessariũ autẽ fuit eis mysterium incarnationis ostendere. Ioannes aũt cũm gentibus euangelium scripsit, quæ non cognoscebãt, si Deus filium hẽt; ideo necessarium fuit primum illis ostendere, qa est filius Dei Deus, deinde quia carnem suscepit. Raban. Cùm autẽ paruam libri particulã teneat generatio, dixit: Liber generationis. Cõsuetudo.n. Hebræorũ est, vt voluminibus ex eorũ principijs imponant noĩa; ut est Genesis Glo. Planior aũt sensus esset, hic est liber generationis, sed hic est mos in multis, vt visio Esaiæ, subaudis hæc est. Generationis aũt singulariter dr, quãuis multæ p ordinẽ replicetur, quia pp Christi generatiõ cæteræ hic inducũtur. Greg. in ho. Vel ideo librũ hunc generationis noĩat, quia hæc est totius dispensationis summa, & radix bonorũ oĩum, Deum hominem factũ esse: hoc.n. facto alia secundum rationem sequebantur. Remig. Dicit aũt, Liber generationis Iesu Christi, quia nouerat scriptũ esse. Liber generationis Adæ, & ideo sic exorsus est, ut opponeret librũ libro, Adã nouum Adæ veteri, quia oĩa per illum sunt restaurata, q̃ p illum sunt corrupta. Hier. In Esaia aũt legimus; generationem eius quis enarrabit? nõ ergo putemus Euangelistã Prophetæ esse cõtrarium, vt quod ille impossibile dixit esse affatu, hic narrare incipiat, quia ibi de generatione diuinitatis, hic de incarnatione dictum est. Chry. in ho. Nec tñ parua æstimes te audire, hãc audiẽs generationẽ, est.n. ualde ineffabile, qp Deus ex muliere nasci dignatus est, & hĩc progenitores Dauid & Abraham. Remig. Si aũt aliquis dixerit, qua prophetia de natiuitate humanitatis dixit, nõ est respondendũ. Nullus generationẽ dñi narrauit, sed perrarus, quia Matthæus & Lucas. Rab. In hoc aũt qđ dicit, Iesu Christi, regalẽ & sacerdotalẽ in eo exprimit dignitatẽ, nã Iesus qui noĩs huius præsagiũ ptulit, primus post Moysen in populo Isra el ducatũ tenuit. Aaron verò, mystico cõsecratus vnguento, primus in lege sacerdos fuit. Aug. de q. no. & vet. testa. Quod aũt per olei unctionem pstabat Deus illis, qui in reges vel sacerdotes vngebantur, hoc pstitit Spiritus sanctus homini Christo adita expiatione. Spiritus.n. sanctus purificauit qđ de Maria virgine in corpus saluatoris profecit, & hæc est unctio corporis saluatoris, quare Christus est appellatus. Chry. sup. Mat. Quia verò impia prudentia Iudæorum negabat Iesum de Dauid semine esse natũ, subdit, Filij Dauid, Iesus filij Abrahã. Quare aũt non sufficiebat de quare bere illũ filiũ Abrahæ solius, aut Dauid Christ⁹ solius? Quia ad ambos de Chẽo nasciturο dica tur

Super Matth.

Consuetudo vilis est hebræis.

cap. 53.

Hom. 2.

Quæst.

ex eis promissio fuerat facta, Ad Abrahã quidem, sic. Et in semine tuo benedicẽtur oẽs gentes terræ. Ad Dauid ãt ita. De fructu vẽtris tui ponã super sedẽ tuã. Ideo ergo vtriusq; filiũ dixit, vt vtriusq; promissiones in Christo adimpletas ostenderet: deinde q̃a Christus tres dignitates fuerat habiturus, Rex, Propheta, Sacerdos. Abrahã propheta fuit & sacerdos, sacerdos, sicut Deus ad illũ dixit in Gen. Accipe mihi vaccam rufam, sicut ait dñs ad Abimelech de illo. Propheta est, & orabit pro te. Dauid rex fuit & propheta, sacerdos autẽ non fuit. Ideo ergo amborũ filius nominatus est, vt vtriusq; patris triplex dignitas originali iure cognosceretur in Christo. Ambr. super Luc. Ideo ẽt duos generis auctores elegit, vnũ qui de cognatione populorum promissum accepit, alterũ q̃ de generatione Christi oraculũ cõsecutus est. Et ideo licet sit ordine successionis posterior, prior tñ describit, q̃a plus est ꝓmissum accepisse de Christo, q̃ de ecclesia, q̃ est per Christũ: potior est. n. qui saluat, eo quod saluat. Hier. Ordo etiam præposterus, sed necessario cõmutatus, si. n. primũ posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendũ fuisset Abraham, vt generationis series texeretur Chry. sup. Mat. Altera autẽ ratio est, quia regni dignitas maior est q̃ naturæ. Nam & si Abrahã p̃cedebat in tempore, Dauid præcedebat in dignitate. Glo. Quia verò ex hoc titulo, apparet totum hunc librum conscribi de Iesu Christo, necessariũ est præcognoscere quid sit sentiendũ de ipso, sic. n. melius exponi potuerũt quæ in hoc libro de eo dicuntur. Aug. de q̃ęst. euan. Error autem hęreticorum de Christo tribus generibus terminatur, aut de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroque falluntur. Aug. de hær. Cherinthus ergo & Ebion Iesum Christum hoiem tantum fuisse dixerũt, hos secutus Paulus Samosatenus Christum nõ semper fuisse, sed eius initium ex quo de Maria natus est asseuerat, nec. n. aliquid amplius q̃ hominem putat, & hæc hæresis postea à Photino confirmata est. Aug. contra hær. Ioãnes autem Apostolus istius insaniam longe antè, Spiritu sancto conspiciẽs, eum alto imperitiæ sopore demersum suæ uocis p̃conio excitat, dicens, In principio erat uerbũ. Ei ergo q̃d in principio erat apud Deũ, non relinquit in nouissimo tpe, ut originis suæ ab hoie principiũ sumpserit. Itẽ inquit. Pater glorifica me illa gloria quã habui apud te priusquã mundus fieret, audiat Photinus eã gloriã ante principiũ possidere. Aug. de hær. Nestorij ãt peruersitas fuit, vt hominẽ tantũ modo ex beata Maria virgine gentiũ p̃dicaret, quẽ verbũ Dei non vnitatẽ personę & in societatem separabilem recepisset, quod catholicorum aures nequaquã ferre potuerunt. Cyrilus Alexandrinus. Ait enim apost. de vnigenito, q̃ cũ in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse sę æqualẽ Deo. Quis est ergo ille qui est in forma Dei? aut quomodo exinanitus est, & descẽdit ad humilitatẽ secundũ hominis formam? Et quidem si prædicti hæretici in duos diuidentes Christum, idest in hominem & verbum, & hominẽ dicũt sustinuisse exinanitionem, separantes ab eo Dei uerbum, præostẽdendum est, quia in forma & in æqualitate intelligitur, & fuit patris sui, ut exinanitionis sustineret modum. Sed nihil creaturarum est, si secundum propriam intelligatur naturã in patris æqualitate, quomodo ergo exinanitus dicitur, & ex qua eminẽtia, ut esset homo descendit? aut quomodo intelligitur assumpsisse, tanquam nõ habens in principio serui formam? Sed aiũt q̃ uerbum patri æquale existens, habitauit in homine nato per mulierem. Et hæc est exinanitio. Certè audio filium dicentem Sanctis apostolis. Si quis diligit me, uerbum meum custodiet. Audis quomodo in eis qui sedi ligunt, se & sibi cohabitare dixit Deũ patrem. Putas ergo ipsum exinanitum & uacuatum, dabimus & serui formam accepisse, quia in diligentium se animabus sanctis facit mansionem. Quid autem spiritus habitans in nobis putatis, & ipse humanationis dispensationem adimplet. Abbas Isidorus ad archipres. Verum ne uniuersa annumeremus, unum ad quod uniuersa intendunt dicemus, quia illum qui Deus erat, humilia loqui & dispensatiuum simul & utile est, & nihil inuiolabili naturæ præiudicat. Eum uerò qui homo

Gen. 15.

Lib. 3. in expo. capit. 3

Ep. 1. circa med.

Lib. 1. capit. 45

Epis. 41

Triplex hæresis circam Christũ Capi. 8. 10. 44. 45

homo est, diuina et supernaturalia quędā loqui summæ præsumptionis est malum. Nam regi quidem licet etiam & humiliter agere, militi verò non licet imperiales voces emittere. Si igitur Deus erat humanatus, etiam humilia locum habēt. Si verò homo tantum erat, excelsa nó hēnt locū. Aug. de hær. Sabellū discipulū. Noeti quidā perhibent, qui dicebat Christum eundem & patrem & spiritū sanctū. Aug. cōtra hær. Huius ât insanissimi furoris audaciam cœlestium testimoniorū auctoritate frenabo ad demonstrandam propriæ substantiæ filij personam, non illam quæ homini susceptо congruere cauillatur assumens, sed illa in medium proferens testimonia, quæ sine vllo ancipitis intelligētiæ scrupulo diuinitati eius cōpetere omnes pariter confitentur. In Genesi. n. Deū dixisse legim⁹. Faciamus hoiem ad imaginem & similitudinē nostram. Ecce pluraliter dicit; Faciamus, aliū videlicet, indicans ad quem loquentis factus est sermo. Si unus est, ad imaginem suā fecisse diceret. nunc autem alius & alterius imaginē apertius fecisse describit. Glo. Alij vero uerā Christi humanitatē negauerunt. Valentinus. n. dixit Christū à patre missum spirituale vel cœleste corpus attulisse nihilq; assumpsisse de Maria uirgine, sed p illā tanquā per riuū, aut fistulā sine assumpta carne transisse. Nos ât non ideo credimus natū ex Maria uirgine, q̄ aliter in vera carne existere atq; hominibus apparere nó posset: sed q̄a sic scriptum est in ea scriptura, cui nisi crediderimus nec chriani, nec salui esse poterimus. Si ât de cœlesti uel aerea uel humida creatura corpus assumptū uellet cōmutare in humanæ carnis uerissimā qualitatē, hoc eū potuisse facere quis negaret? Augu. de hær. Manichæi verò dixerūt, phātasma esse dūm Iesum Christū, nec fœmineo posse nasci ex utero. Aug. 83. q. Sed si phātasma fuit corpus Christi: fefellit Christus & fi fallit, ueritas nó est. Est ât ueritas Christus nō ergo phātasma fuit corpus eius. Gl. Et q̄a principiū huius Euāgelij & ét Euāgelij secundū Lucā, manifestē ostēdit Christum natū ex fœmina, ex quod apparet uera Christi humanitas, ergo utriusque Euāgelij principia negant. Aug. contrā Faustum. Vnde Faustus dicit. Euangeliū quidem à p̄dicatione Christi & esse cœpit & nominari, in quo ipse nusquā se natum ex hoibus dicit. At verò genealogia à Deo nō est euāgeliū, ut nec eius scriptor ausus fuerit eū Euāgeliū noīare. Quid n. scribit? Liber generationis Iesu Christi filij Dauid; nō ergo liber Euangelij Iesu Christi, sed liber generationis. At verò Marcus q̄a generatioņē scribere nō curauit, sed tm̄ p̄dicatio né filij Dei, q̄d est euangelium, vide q̄ cōpetenter sit exorsus. Euangelium inquit Iesu Christi filij Dei, vt hic satis appareat genealogiā nō esse euangelium; cumq̄ue & in ipso Matthæo post inclusum Ioannem in carcere, tunc legitur Iesum cępisse p̄dicare euāgeliū regni. Ergo quicquid ante hoc narratur, genealogiam esse constat, non Euangelium. Ad Ioannem ergo & Marcum me contuli, quorū mihi principia non immeritò placuerunt, quia nec Dauid nec Mariam inducūt, nec Ioseph, cōtra quem Aug. Quid ergo respondebit Apostoli dicenti. Memor esto Iesum Christū resurrexisse à mortuis ex semine Dauid sc̄m Euangeliū meū. Quod ât erat Apostoli Pauli Euangelium, hoc ét cæterorū Apostolorum & oīum fidelium: hoc .n. alibi dicit: siue ego, siue illi Euangeliū p̄dicauerunt. Aug. de hær. Arriani autē Patrē & Filium & Spiritum sanctū nolūt esse vnius eiusdemq̄; substantiæ, naturæ, aut existētiæ, sed esse filium creaturā patris, spiritum uerò sanctum, creaturā creaturæ, hoc est ab ipso filio creatum uolūt. Christum etiam sine anima carnem suscepisse arbitrantur. Augus. primo de tri. Sed Ioannes in eo declarat filium non tantum Deum esse, sed etiam eiusdem cum patre substantiæ, quia cū dixisset. Et Deus erat uerbum, addidit. Omnia per ipsum facta sunt: unde apparet ipsum factum non esse per quem facta sunt omnia; et si factus nó est, creatus non est, & sic eiusdem cum patre substantiæ est: omnis n. substātia quæ Deus non est, creatura est. Aug. contra Feli. Nescio. n. quid nobis mediatoris persona contulerit, qui medius nostrum, non redimens carnem, quę sine aīa, nec beneficium possit sentire, suscepit. Si enim uenit Chri-

cap. 41. Testimonia scripturæ cōtra errores de Christo.

cap. 46.

Quæst. 13

li. 2. c. 1. Fausti argumēti insania.

li. 2. c. 2.

cap. 49.

cap. 6.

cap. 13.

Christus saluũ facere quod perierat, quia totus homo qui perijt totus beneficio saluatoris indiget, & ideo Christus veniendo totũ saluat, corp⁹ & animã assũmẽdo. Aug. in 83. q. Quo ẽt ipsi respondent tam manifestis obiectionib ex Euãgelica scriptura, in qua contra eos dñs tã multa commemorat? vt est illud, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ; & potestatẽ habeo ponendi animã meã & multa huiusmodi, q̃ si dicãt in parabolis eũ locutũ esse, habemus Euangelistarũ rationes, qui res gestas narrãtes, sicut eũ corpus habuisse testãtur, sic eũ indicant habete animã passectione, quę non possunt esse, nisi in anima; eis.n. narrantibus legimus: Et miratus est Iesus & iratus, & multa huiusmodi. Aug. de hę re. Apollinaristæ autẽ sicut Arriani Christum dixerunt carnem solã sine anima suscepisse. In qua quęstione testimonijs euãgelicis uicti, mentem, qua rationalis est anima hominis, defuisse animæ Christi, Sed pro hac, ipsum verbũ in ea fuisse dixerunt. Aug. in li. 83 q. Sed si ita est, beluam quandã cum figura humani corporis Dei uerbũ suscepisse crederetur. Aug. de hær. De ipsa verò eius carne sic à recta fide dissensisse perhibẽtur, ut dicerẽt carnẽ illam & verbum vnius eiusdemq; substantiæ esse contentiosissimè asseuerantes uerbũ carnem factũ, hoc est, verbi aliquid in carnem fuisse mutatu, atq; conuersum, non autem carné de Mariæ carne suscepisse, cõuersum atq; mutatum, nõ autẽ in carnem de Maria susceptam. Ciril. in epi. ad Ioãnem Antio. Furere autẽ arbitrabamur eos qui suspicati sunt, q̃ mutationis obũbratio circa diuinã uerbi naturam potest contingere; manet enim quod est semper, & non mutatur; nec conuersionis est capax. Leo ad Constatinopolim. Non autem nõ ita dicimus Christum hominem, ut aliquid ei desit quod ad humanam certum est pertinere naturam, siue animam, siue mentem rationabilem, siue carnem quæ non de fœmina sumpta sit, sed facta de uerbo in carnẽ conuerso atq; mutato. Quæ tria falsa Apollinaristarum hæresis, tres varias protulit partes. Leo ad Palesti. Eutices quoq; tertiũ Apollinaris dogma delegit, ut negata humanæ carnis atque animæ ueritate totum dñm nostrũ Iesum Christũ unius assereret esse naturæ: tanquã verbi diuinitas ipsa se in carnem animamq; uerteret, & cõcipi, nasci, aut nutriri, &c. huiusmodi, eius tm̃ essentiæ fuerit. s. diuinæ: q̃ nihil horum in se sine carnis recepit veritate qm̃ natura unigeniti, natura est Patris, natura est Spiritus sancti; simulq; impassibilis & sempiterna. Verũ si ab Apollinaris puersitate hæreticus iste discesserit, ne cõuinceretur deitatem passibilẽ sentire atq; mortalem, & tm̃ uerbi incarnari. i. verbi, & carnis vnam audet pronunciare naturam, nõ dubiè in Manichæi & Martionis transit insaniã; & dñm Iesum Christum simulatoriè omnia credit egisse, nec humanũ ipsum corpus, sed phantastica corporis specie oculis apparuisse cernẽtiũ. Idé ad Iulianũ. In eo uerò quòd Eutices in episcopali iudicio aussus est dicere ante incarnationẽ duas fuisse in Christo naturas, post incarnationem aũt unã, necessariũ fuit, ut ad reddẽdam rationem professionis suæ sollicitis interrogationibus urgeretur. Arbitror.n. eum talia loquentem hoc habere persuasum; quod anima quã saluator assumpsit, prius in cœlis sit cõmorata, quam de Maria uirgine nasceretur. Sed hoc catholicę mentes auresq; non tolerant, quia nil secũdo minus de cœlo ueniens nostrę conditionis exhibuit. Nec animam eius, quæ anterior extitisset, nec carnem quę nõ maternir corporis esset, accepit. Vnde qđ in origene meritò damnatũ est; qui animarum antequam corporibus inferentur nõ solum miras, sed & diuersas fuisse asseruit actiones, necesse est, q̃ in isto plectat̃. Remi. Has igitur hæreses in principio euangelij sui Euangelistæ destruunt, nam Mat. cùm narrat eum duxisse originem per reges Iudæorum; uerum hominem eũ ostẽdit, & uerã carnem habuisse. Similiter & Lucas qui sacerdotalem stirpẽ & personã describit. Marcus autem cum ait. Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei; & Ioannes cum ait. In principio erat uerbum, manifestant eum ante omnia secula semper fuisse Deum, apud Deum patrem.

Cap. 55 Apollinaristæ confutãtur.

Quæst. 80. cap. 55

Epist. 28

Epist. 12.

Epist. 81

Epist. 11 Notãda sunia.

Abraham genuit Isaac, Isaac autẽ genuit Iacob, Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

Aug.

lib.2. cap.4. Aug. de con. euan. Mat. Euangelista ostendit generationē Christi secundū carnē se suscepisse narrandam, quia genealogiam Christi exorsus est. Lucas āt tanquā lacerdoté in expiandis peccatis magis assignās nō ab initio Euangelij sui, sed à baptismo Christi generationes enarrat, vbi testimoniū Ioannes phibuit, dicens. Ecce qui tollit peccata mūdi. In generationib. ét Matthæi significat nostrorū susceptio peccatorū dño Christo. In generationib. āt Lucę significatur abolitio nostrorum peccatorū ab ipso, ideo generationes Christi Mat. descendens enarrat. Lucas āt ascendens. Humanā āt Christi generationē Mat. descendendo describés ab Abrahā generationes cōmemorat. Amb. sup. Luc. Prior. n. Abrahā meruit fidei testimoniū, quia credidit Deo, & reputatū est ei ad iustitiā: ideo ét auctor generis debuit significari, quia instaurandæ ecclesiæ sponsionē primus emeruit, cum dicitur: Benedicentur in te omnes tribus terræ. Et iterum Dauid delatū est quod Iesus filius eius diceretur, vnde huic prærogatiua seruatur, vt ab eo generationis dñicæ manaret exordium. Chry. Hom. 3. Euangelista igitur Matthæus generationē dominicæ carnis per seriem parentum volens commendare memorię, ordiens à patre Abraham dicit. Abrahā genuit Isaac. Cur non dixit Ismael, quem primitus genuit? Sequitur. Isaac autem genuit Iacob. Cur nō dixit Esau, qui eius primogenit⁹ fuit? Quia. s. per illos ad Dauid peruenire non posset. Glo. Omnes tamen fratres Iudæ cum ipso i generatione computat, qđ etiam ideo factū est, quia Ismael & Esau non remanserunt in cultu vnius Dei, fratres verò Iudę in populo sunt computati. Chry. Vel propterea 12. patriarcharū meminit, vt eam quæ ex progenitorum nobilitate est, elationem auferret. Et enim multi horum ex ancillis nati fuerunt, sed omnes similiter erant patriarchæ, & tribuū principes. Glo. Ideo autem Iudā nominatim posuit, quia de illo tantum dominus descendit. In singulis autem patribus non solū debet notari historia, sed allegoria, & moralitas. Allegoria quidem i quo vnusquisque patrum Christum prefiguret. moralitas in hoc notatus, q ex singulis patribus in nobis aliqua virtus per significationem nominis vel exemplum, ædificetur. Abraham ergo in multis locis figurā Christi portat, & propterea in nomine. Abraham. n. pater multarum gentium interpretatur, & Christus est pater multorū fidelium. Abraham etiam de cognatione sua exijt, & in terra aliena demoratus est, & Christus derelicto Iudaico populo ad gētes per prędicatores suos exiuit. Chry. super Mat. Isaac autē interpretatur risus: risus autem sanctorum est non stricta cachinatio labiorū, sed rationabile gaudiū cordis, quod fuit mysteriū Christi. Sicut. n. ille parentibus in vltima senectute donatus est letitia suis, ut cognoscatur, quia non erat filius naturæ, sed gratiæ, sic & Christus in nouissimo fine productus est à matre Iudęa, qui gaudium cūctis, sed iste per virginem, ille de anu, ambo cōtra spē naturæ. Remig. Iacob supplantator interpretatur, & de Christo dicitur. Supplantasti insurgentes in me subtus me. Iacob genuit Iudam & fratres eius. Chryso. super Mat. Et noster Iacob genuit. 12. Apostolos. Spiritu non in carne: verbo, non in sanguine Iudas autem interpretatur confessor, quoniam Christi erat imago, qui confessor patris era fructus, dicens. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Glo. Moraliter autem Abraham nobis virtutem fidei per exempla Christi significat, cum de eo legatur. Abrahā credidit Deo, & reputatū est ei ad iustitiam. Isaac significat spē, qa interpretatur risus; fuit. n. gaudium parentum, spes verò similiter est gaudium nostrum, dū æterna bona sperare facit, & de eis gaudere Abraham ergo genuit Isaac, quia fides generat spem. Iacob autē significat charitatem. Charitas. n. amplectitur duas uitas, actiuam per dilectionem proximi, contemplatiuam per dilectionem Dei. Actiua per Liam, contemplatiua per Rachel significatur, Lia enim laborans interpretatur, quia actiua in labore est. Rachel uisum principium, quia per contemplatiuam principium, ideſt Deus videtur. Nascit ergo Iacob de duobus parentibus, qa charitas nascitur de fide & spe, quòd enim credimus & speramus, diligimus.

Abrahā fidei pater. Amb. Cap. 3.

Hom. 3.

Duplex sensus notādus

Hom. 3.

Pſal. 17

Tropologica expositio.

Iudas autem genuit Phares et Zarā de Thamar